



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Intrusus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Octavò, per non solutionem pensionis.

Nonò, per privationem juris.

Decimò, per regressum, de his vide Gom. per extennum, in q. i. in reg. de non toll. iure quasito, vide inferius, in ver. supplicatio seu signatura, an per solam supplicationem obtentam à Papa acquiratur jus ad tem, & an per approbationem factam in examine per concursum, vide in ver. parochia,

Vndeclimò, per solam supplicationem. Abb. in c. nocti, de elect. Gom. q. 7. num. 6. in reg. de non judicando iuxta for. supplicat.

Duodecimò nota, quod istud jus ad rem, est utile nimis: nam est considerabile per regulam Cancellariæ de non toll. iure quasito. ita Gom. loc. cu. q. 1. & facit pro Bullis expeditis Romæ, ubi dicit Papa, dummodo nulli sit ius acquisitum.

Decimotertio, per nominationem etiam acquiritur jus, Archid. in c. si quis iusto, & in c. dicit Dominus, q. 3. dist. Gem. in d. c. si quis iusto, notab. 6. de elect. lib. 6.

Decimoquartò, an per postulationem acquiratur jus postulato, quod non, dicit Gem. in c. cupientes, §. denique. notab. 3. de elect. lib. 6. & dat rationem quam videas, tamen in c. quorundam, §. circa, notab. 1. dicit quod ex electione & postulatione tribuitur jus, de quo supra c. cupientes, hæc Gem. Sed potest dici, quod loquitur copulativè, ex electione, & præsentatione, & non ex postulatione sola, & quæ differentia sit inter electionem, & postulationem, vide in suis titulis: nam electio fit de aliquo nullum

patienti defectum nec impedimentum; postulatio fit de paciente defectum sive impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide Doctores, & præcipue Host. in sum. tit. de postul. Prelat.

### I N J U R I A .

Primo, injuria, qua sit levis, mediorum, vel enormis, statutæ arbitrio judicis, Abb. in c. pervenit. num. 3. de sent. ex com. Sylvest. in ver. absolutio, §. 1. & Navar. c. 27. num. 90. & 91. & Abb. in c. cum illorum. de sent. ex com. n. 3. nam ratione læsionis personæ, loci, & modi, & qualitatis, debent attendi.

Secundo, actione injuriarum, an teneatur dicens convitum verum, vide de Cap. Tolos. quest. 127. & ibi Ad. dit. & quest. 409. ubi dicere videret quod non.

### I N T R U S U S .

#### S U M M A R I U M .

1 Quot modis dicatur intrusus.

2 Quæ pœna contra ipsum.

3 Quomodo huic succurratur.

4 Quaræ media dari possunt pro restitutio- dis introitibus male percepis.

A D Primum dicitur. Primo intrusus qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, c. cum qui, de prob. lib. 6. c. ad aures, de excess. Prelat. ut si quis defacto occupet beneficium aliquod.

Secundus

Secundò, qui habet beneficium sine auctoritate superioris, Inno. in c. nihil, de elect. facit c. bona memoria, il. 1. & il. 2. eo. ut si quis solum præsentatus absque institutione, vel electus, vel postulatus ante confirmationem superioris, possideret beneficium, & eo ipso privatus esset jure quod habuit ex præsentatione, & aliis, ut sup. Rebuff. præct. benef. in 3. p. for sig. grāt. in claus. nec non juris pat. nū. 54. Similiter si ante institutionem acciperet fructus absque possessione, idem ibid. n. 56. & sit inhabilis ad illud.

Tertiò, qui est depositus, vel alias declaratus inhabilis ad beneficia possiden- da, & tamen remanet in possessione be- neficii, Inno. in ca. qualiter, il. 2. de accus. col. 2. in f. ut si quis per sententiam homi- cidiī, vel alias suspensus à beneficio in perpetuum, & tamen ab illo non rece- dit, facit capl. 7. fess 14. Conc. Tid. de re- for. & quæ dicam in ver. privatio.

Quartò, qui est electus, & admini- strat ante confirmationem, ca. 1. & ibi Abb. in 1. col. de reslit. in integ. & c. avari- tie, de elect. lib. 6. & Selva. 2. par. qu. 7. nu- ult. & in 3 p. q. 59. & Lamber. de jure patr. f. 122. Gom. q. 47. casu 3. de trien. pos. quod etiam extenditur, si hoc facit durante li- te super illo beneficio, Doct. locis cit. facit c. 1. & 2. ut lite pend. lib. 6. c. cum iam du- dum, de præb. & idem si quis præsentatus, & antequam instituatur, capit possessio- nem, vel administrat propter identitatē rationis, Reb. uit. de mis. in poss. n. 8. & ci- citat Panor. in ca. cum iam dudum, de præb. Navar. in confi. 12. nu. 14. de rescr. sed in terminis Gemin. in ca. avaritia, in ver. sed est dubium, de elect. lib. 6. facit c. qualiter,

eo. tu. extra, dicit, quod venit saltem pri- vandus. & in c. quam sit clarissimè tenet quod sub nomine electionis includitur præsentatio; facit quod notat gl. in c. sc̄i- ant cuncti, in ver. alios, de elect. lib. 6. ubi pœnas impositas contra electores Eccle- siarum persequentes extendit ad præ- sentantes, etiam si fuerint clerici, idem in ca. quoniam, ver. non obstat. de ele. l. 6. & ibi Gloss. in ver. elecione, dicit præsen- tationem includi appellatione electionis, etiam in pœnib⁹.

Quintò, qui committit crimen dig- num depositione, Gl. in c. cum semper, de caus. poss. & prop. Selva 3. p. q. 2. num. 5. Diaz. præct. crim. Can. c. 123. vide superius, in ver. concubinarius, §. 2. & in ver. priva- tio, §. 5. & 6.

Sextò, qui habet beneficium colla- tum ablatum alteri injustè, c. tanta, & ibi Ant. in fi. c. 1. de excess. Præl. facit cap. licet. de præb. lib. 6. Gom. in quest. 47. casu 5. de trien. poss.

Septimò, qui ingreditur beneficii pos- sessionem propria auctoritate, Joan. And. in capit. dudum de elec. ita quod li- teræ super illo beneficio non valerent, si tacet se intrasse possessionem, etiam au- toritate principis, ut notat Abb. in ca. ad aures de rescri. & in cap. cum jam du- dum, col. 2. de præb. & in ca. præterea, ult. notab. de jure patron. & in capit. per vene- rabilem, qui filii sint legit. & Felin. in cap. veniens, de accusat. Cardin. in Clem. per litteras de præb. in fine.

Octavò, qui intrat possessionem be- neficii non levatis Bullis, cum sola sig- natura, Extravagans injunctæ, de elect. & hoc vide melius, in ver. Bulla, §. 1. Re- buff.

buff. loc. citat. in 2 p. s. q. in ver. datum, numero 8. ubi dicit quod cum sola signatura potest quis non facere fructus suos.

Nonò, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestate conferendi, quia pertinet ad alium collatio, vel erat publicè suspensus colator, ut in cap. fin. de excess. Prælat. & caput. quia diversitatem de concess. præben. vel à vicario, ad hoc non habente specialem concessionem, cap. fin. de offic. vic. libro sexto. similiter si ordinarius conferre beneficia devoluta, per ca. secundum, de concess. præbend. & collatio beneficij nulla, tractu temporis non convalidatur, Boer. decisio. 170. & qui non habet titulum, non juvatur regula Cancellar. nec præscriptione, Boer. decisio. decimaquarta. sed hoc intellige juxta notata in verbo beneficium, §. tertio, duoto duodecimo, & Rebuff. ibidem citato.

Decimò, si quis habuit beneficium per simoniam ab eo qui haberet potestatem conferendi, Felin. in ca. in nostra, corol. 2. in si. de rescr. vide pro his omnibus Selvam 3. p. q. 2. num. 5. Gom. q. 47. & 49. de trien. poss. & annotatio. Ioan. Miler. in d. regula Steph. f. 182. num. 3. Covar. lib. 3. cap. 16. num. 7. ver. oportet iamen. var. resol. & §. 2.

Undecimò, qui acciperet possessionem beneficij ante collationem, Rebuff. in tit. de miss. poss. numer. 6. & infra, & in ca. iam dudum, & ibi Abb. de præb. & in capit. in nostra, & ibi Felin. de rescr. & alios modos intrusionis vide in Rebuff. in reg. de subrog. colligat. gloss. 4.

Duodecimò, qui se intrusit, vel se fecit institui in beneficio viventis, Abb. in

cap. post electionem, num. 2. & §. de concess. præben. & in cap. 1. n. 1. Ioan. Anchæ cons. 398. & Oldrad. cons. 304.

Decimotertio, qui resignat, & post resignationem manet in beneficio resignato, tenetur ad fructum restitutio- nem, Caput aequ. decis. 36. p. 3.

Decimoquarto, si minor 25. annis prius sit de parochiali, si possessionem, & fructus capiat de beneficio curato, censetur intrusus, Fel. in ca. in nostra, coro. 2. de rescr. Nav. cons. 2. nn. 1. de etat. & qual.

Ad Secundum, prima poena ponitur in c. cum qui, de præb. lib. 6. & distingue cum gl. ibi in ver. iuxta, & Gem. ibi in notab. 1. Secunda poena habetur, in cap. gravis, & ibi gl. in ver. fructus. de restitu. spoliat, nempe ad restitutionem fructum perceptorum, & qui percipi potuerint, deducunt tamen expensis, Diaz præ. crim. Can. ca. 44. Navar. ca. 15. num. 114. Sylv. in ver. intrusus. Hoc tamen fallit, si fructus percepti essent modici, quia non sit privatio, Rebuff. de subrog. collig. num. 20. Tertiò, si in intrusione aliqua injuria intervenerit ultra prædictam poenam, potest puniri actione injuriarum, d. ca. gravis, & est inhabilis ad illud beneficium, Rebuff. loc. cit. num. 26. Quartò, non juriatur errore communi, licet aliquando excusat, & faciat jus, Abb. in c. 2. num. 4. de in integr. restit. & in capi. perlatum, num. 4. qui fil. sint. legit. & in ca. gratum, num. 2. de offi. deleg. & in ca. dilecta. de rescript. alias poenas vide in Abb. in capit. qui in vivorum numero 3. de concess. præb. & in ca. post electionem, num. 2. & §. eo. Anchæ cons. 3, 8, & Oldrad. cons. 304.

Quina

Quintd, à quo tempore fit condemna-  
tio fructuum contra intensem; respon-  
detur, quod aliquando à die intrusionis,  
ali quando à die motæ litis, Caputaque,  
decis. 27. & 65. & 3. parte 2. &c ita de hæ-  
rede intruso, vide Bul. Jul. III. quæ est 33.  
& incipit Sanctissimus ubi omnes bene-  
ficiarios sitre Bullis dicit esse intrulos.  
Sextd, si quis de facto se poneret in pos-  
sessione alicujus beneficij, & postea im-  
petrat illud à Sede Apostolica, non facta  
mentione de hac intrusione, nulla est  
imperatio, Capitu. Tolos. quest. 483. &  
non solum tenetur facere mentionem  
de hac intrusione, sed etiam de fructi-  
bus interim perceptis, nisi eos conver-  
tisset in Ecclesiæ utilitatem, Addit. ibi,  
& Nav. in 2. consi. 2. de atat. & qual. Sep-  
timo, si quis fuerit intrusus in aliquo be-  
neficio à laico, ut in casu cap. præterea, il-  
l. de jure patron. & vellet imperare aliud  
beneficium à Papa, non facta mentione  
de illa intrusione, tunc non valet impe-  
ratio, quia est ineligibilis, cùm sit ex-  
communicatus, prout d.ca. præterea, vide  
Addit. ad qu. 483. Capi. Tolos. & ita cen-  
suit sac. Congreg. declar. 280. in meis.  
Octavò, intrusus in aliquo beneficio, ad  
illud tunc est inhabilis, in pœnam in-  
trusionis, quia sine titulo se intrusus. Na-  
vā. cons. 12. de rescript. nume. 13. & cons.  
91. de simonia. Nonò, multos alios mo-  
dos intrusionis vide in Rebuff. in reg. de  
subrog. collig. gloss. 4. ubi nti. 26. dicit in-  
trusum in uno beneficio, licet sit inha-  
bilis ad illud, non tamet ad alia, per ca-  
pitulum si compromissarius, de election. lib.  
6. hoc tamen intellige extra catum, de  
quo hic, versi. 7.

Ad tertium, est distinguendum ad il-  
lud beneficium, in quo quis est intru-  
sus, pertinebat ad collationem Papæ per  
ca. 2. de prab. lib. 6. vel ca. 2. de concess. prab  
vel per alternativam, vel aliqua alia ge-  
nerali, vel speciali reservatione, vel perti-  
nebat ad collationem Ordinarii: si pri-  
mum, non restituatur, sed condemnatur,  
prout in cap. gravis, & ibi glo. Gom. q.  
47. de trien. posses. & hoc intellige, quan-  
do spoliaretur, & esset benef. reservatum  
in corpore juris, ut sup. similiter Bullam  
Greg. i. 5. de public. resignatio. prout di-  
cam in ver. resignatio, §. 3. de aliis re-  
signationibus iulet fieri compositio cum  
Camera, & expedire (perinde valere:) si  
secundum, Ordinarius loci providebit,  
prout eis magis videtur, nec erit opus  
scrupulizare, quod cùm aliquis diu fu-  
sat intrusus in illo beneficio, & sic dum  
vacasset, quod devolutum esset ad Se-  
dem Apostol. cam, quia hoc intelligitur  
juxta dispositionem c. licet, de suppl. ne-  
glig. Pral. & c. quia diversitatem, de con-  
cess. prab. & quando vacat, de jure, & non  
de facto; ergo Ordinarius poterit pro-  
videre. Sed u. gebit quis per c. ordinarii,  
lib. 6 ubi singulis annis tenetur Præla-  
tus visitare dicæcsum, & videre titulos  
beneficiorum, an sint veri, vel intrusi.  
Ad hoc responderetur primò, prout vidi  
in facto, quod si aliqui fuerunt tolerati  
per multos annos, vel cum sola suppli-  
catione, non levatis Bullis à Sede Apo-  
stolica, vel sine Bullis, facta sola collo-  
catione ab Ordinario ore tenus, & hoc  
sciverit Ordinarius in prima visitatione,  
quam facit, tunc h. primum, mittet bene-  
ficiatum ad Sedem Apostolicam, pro-

L 1 3                      impe.

imperiatione Bullarum ; si secundum, ipse Ordinarius providebit beneficiato de Bullis; si vero factis ab eo multis visitationibus, ad hoc non animadvertisit, sed in alia hoc sciverit, non censetur devolutum, quia per jura superius allegata, tempus non currit Ordinario, nisi a die verisimilis notiae, modò ignorantia non fuerit crassa, supina, vel affectata; tamen dico cum Rebuff. loc. cit. in ver. beneficium, §. 3. dicto 12.

Ad quartum, respondetur, quod tria enumerat Nayat. tract. de spolio, §. 11. nro. 4. Primum, componere cum Camera Apostolica, secundum, convertere illos in utilitatem Ecclesie suæ, vel beneficii; tertium, tradere illos futuro successori, qui tamen possit habere aliquam remissionem à primo, & à tertio, & non à secundo.

## INDICIA.

Primo, quæ indicia requirantur ad torturam, arbitratum esse judicis ait Abb. in c. cum in contemplatione, nro. 2. de reg. jur. an unus testis, gloss. in l. 3. C. ad leg. Iul. Majest. vide Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prob. §. videndum, ver. 13. Bal. in apost. in l. 3 ff. de testib. Bar. in l. ff. ff. de quest. Salic. in l. ff. char. ult. C. de question.

Secundò, indicium est minus, quam semiplena probatio, unde duo indicia non faciunt plenam probationem,  
l. c. in probatio. ff. de prob.  
bat.

## JUS CATHEDRATICUM.

## SUMMARIUM.

- 1 An de iure debeatur.
- 2 Quantum pro eo debeatur.
- 3 Quis illud solvere teneantur.
- 4 An possit prescribi, vel per consuetudinem tolli.

AD primum respondetur, quod debetur presbyteros suos Episcopis, prout in c. conquerente. de offic. ordinari. singulis annis ratione honoris Cathedræ gl. ibi in ver. duos solidos, & pro festo Nativitatis, & Résurrectionis Domini nostri, solet dari, c. olim, de censib.

Ad secundum, text. tibi, taxat duos solidos, qui solvendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solvi consuevit : sed quia solidorum valor conformis non est, immò varius, attenta varia provinciarum taxatione, ut vult Covar. lib. 2. cap. 2. & 3. var. resol. & tract. de numis. §. primo, & secundo, facit cap. quia Subdiaconum, 17. q. 4. & d. ca. conquerente de officiis. idèo attendenda est diversarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, & Neap. vidi solvere per singulos presbyteros quinque Carlenos monetae Regni, & in diœcesi Compazana quatuor, & Archipresbyteros decem & octo. Ab. in cap. pastoralis, n. 7. de donat. dicit, quod quælibet Ecclesia particularis tenetur dare suo Episcopo singulis annis duos aureos.

Ad tertium, gloss. in d. c. conquerente, & text. dicit, quod à qualibet Ecclesia sua diœcesis, præterquam Monasteriis,